

dispositionem iuris ac l. Regia de hac re agentium, ac praterea ad petitionem d. ciuitatis fuit ad causam citatum d. Capitulum, *si sua interesse putauerit, &c.* quo viso, pro parte dictorum Decani & Capituli fuit occursum ad suum iudicem Ecclesiasticum & ab eo petiuit, vt inhiheret iudicem secularem super hoc, tanquam contra personas Ecclesiasticas, quarum in rei veritate causa propria erat, non vero operariorum laicorum ad id mercede tua conductorum incompetentem: quod sic in forma sufficienti decreuit ordinarius cum clausula tamē in iudicio, *si senserit re grauatum, comparat, &c.* & quod ad eum, tanquam iudicem competentem, causam remitteret, cui decreto opposuit se ciuitas ab eo que appellauit contrarium praterens, & in hōc articulo negotium fuit delatum ad Regium Prætorium cum probationibus vtriusque partis super possessione & proprietate dictæ plateæ atque solarium, praterente ciuitate esse publicum. Ecclesia vero suum. Nos, ad quem iure & ex proprii officii munere spectat defensio huius Sanctæ Ecclesiæ eiusque iurium, defendimus causam hanc coram iudice Ecclesiastico esse agendam ad ipsamque esse remittendam, vt sine debito eam terminare debeat non vero coram seculari, nostraque scripta super hoc, quæ sunt sequentia, ad Regium tribunal prædictum misimus.

Et primo, quoniam in hac materia operis noui nuntiationis nuntians nouum opus actor est: nuntiatu vero reus: Debet namque ille in ipsa nuntiatione offerre ad probandum & ostendendum ius suum idque ad effectum perducere intra nonaginta dies immediate sequentes: quod si hoc non facit in d. termino, eo lapsa ad instantiam nuntiatum, et si nihil is præstiterit, cōcedi debet facultas edificandi atque in opere nouo procedendi præstitis fideiusoribus de demolendo inuentum, quod ita postea per diffinitiuam præcipiatur: tamen non ex hoc instantia pereat, potest u. post lapsum d. termini causam psequi, & concludit ac proinde in definitiuam postea decidenda venit, vt probatur ex omnibus iuribus in hoc loquentibus, & præcipue ex l. vnic. C. de noui oper. nunt. & ibi expresse notat gl. magna, Bart. & communiter Dd. in cap. significanti b. & in cap. de noui oper. nunt. & ibi etiam Abb. & communiter Dd. l. 9. tit. 32. part. 3. & ibi Greg. Lop. in gl. buenos fadores, Gom. in l. 46. Taur. nu. 34. vbi testatur, hanc esse cōmunem resolutionem: Bene igitur sequitur ex præd. praxi & cōmuni resolutione quod prædictum, nempe, nuntiantem esse actorem, nuntiatum vero reum, quod adeo verum est, vt præcedat, licet alius nomine absentis nuntiatum petat remissionem cessationis operis: adhuc enim dicitur atque proprie est reus nuntiatu, vt in l. de pæpillo, §. qui remissionem, vbi, *sustinet enim partes defensoris, ff. de oper. noui nunt.* Si igitur nuntians est actor, debet sequi forū rei, iuxta regulam iuris vulgarem, vt in l. 2. C. de iurisd. omn. iud. & in c. si clericus laicum, & in c. cum sit generale, de foro comp. sic coram iudice ecclesiastico causam proponere.

Secundo, quia iudicium cōstat ex tribus, iudice, accusatore & reo: accusator vocatus est quasi causator, quia ad causam vocat eum, quem appellat reus a re, quod petitur, nuncupatur: quia quous conficius sceleris nō sit, reus tñ dicitur, quādū in iudicio pro re aliqua petitur, vt in c. foris, vers. in omni quoque negotio, de ver. sig. re. Et igitur ex hoc conuincitur, quod ciuitas ipsa sit in causa haec actor; Quandoquidem ad causam vocat, Ecclesia vero reus, in eum sensum, quod ius suum, super quo ad iudicium vocatur, defendat.

Tertio & a fortiori, quia si alius in solo Ecclesiæ edificaret, posset ecclesia coram suo Ecclesiastico iudice opus nouum nuntiare, & contra laicum, vt expresse probat tex. in d. significanti b. de noui oper. nunt. vbi, in quadam platea ecclesiæ suæ, eis prohibetib. &c. vbi quidam ciuis Pa-

risiensis edificabat in quadam platea ecclesiæ cathedralis canonicis contradicentibus, & nihilominus causa noui operis nuntiationis fuit agitata coram officiali Parisiensis tanquam competenti super re & iuribus ecclesiæ, & ibi Abb. nu. 2. post Ant. de But. hoc notat dicens, quod hoc casu, nempe cum ecclesia nuntiat coram Episcopo potest laicos de iure cōueniri, quia ille, qui nuntiat, molestatur in iure suo, & quia quodammodo cōmittitur sacrilegium, turbando rem ecclesiæ, argum. c. cum sit generale, de foro competente.

Præterea quarto, quia probatur sufficienter, non solum hoc solarium esse ecclesiæ, sed etiam in eo esse plura sepulcra ossaque defunctorum, ex quibus locus efficitur religiosus, vt in ut. de religio. & sum. fin. de solo igitur religioso quis cognoscere potest nisi iudex Ecclesiasticus?

Non obstant modo, quæ in contrarium obiciuntur & primo, libellum nuntiationis noui operis non fuisse propositum contra Ecclesiam præfatam neque contra Capit. sed tñ contra operarios laicos, sicque coram iudice seculari, tanquam competenti laicorum agendum esse, non vero coram Ecclesiastico: huic namque facilis est responsio: hos nempe operarios in causa non esse partes, quia eos non tangit, cōducti enim erant sua mercede ad illud opus, in quo bona fide laborabant & cū primum eis fuit intimata cessatio operis, statim ab opere discesserunt, & in alia opera cōducti abierunt, sicque ad eos amplius non pertinet cura operis neque eos quicquam negotium tangit, sed vere ipsum est ecclesiæ: Iure tñ autem non inuenitur cautum, quod nuntiatio operis prosequi possit cōtra officiales conductos bona fide in opere laborantes, nisi solū, quatenus ad cessationem per dictos 9. dies & ad demolendū, quod forte fecerunt post prohibitionem sibi intimatam, non vero eius, quod prius bona fide fecerunt: hoc n. agendum est cum parte formalis & principali cuius est opus: cum sit remedium in rem scriptum & non in personam, iuxta tex. in l. operis, & in leg. prator aut. in princ. & ibi Paul. Cast. ff. de operis noui nunt. l. 6. tit. fin. part. 3. hinc est vt heres vniuersalis vel singularis successor nuntiatum teneatur præstare patiētiam, vt opus post nuntiationem factam destruat, vt late probat Ant. Gom. vbi supra, nu. 40.

Cautela autem, qua ciuitas vitur dirigēdo libellum suum contra operarios laicos, non vero contra Ecclesiam neque Capitulum eius, nihil prodest, cum sit contra ius & in fraudem fori Ecclesiastici eiusque iurisdictionis. Cum sit igitur vna causa & ad forum Ecclesiasticum spectans, cōtinentia eius diuidi non debet, put diuideretur, si contra mercenarios ageretur coram iudice seculari, & contra ecclesiam coram Ecclesiastico, quam certum est coram seculari conueniri non posse: neque iudicium agitur contra operarios nocere ipsi Ecclesiæ non citata legitime: Ipsi vero operarii ne aliquid possident, neque ius habent ad solarium, super quo lis vertitur. Ergo contra eos non est lis prosequenda, sed contra Ecclesiam possidentem iusque habentem ad solarium, & in eo præmaxime, cum ipsa hoc petierit ante suum iudicem, iuxta doctrinam Abb. in cap. quoniam frequenter, §. fin. nu. 28. vt lue non contest. vbi tenet, quod quando clericus tanquam nominatus & ius habens, & sic est necessarius defensor atque principalis, auocatur causam ad forum suum, sibi dandus est libellus de nouo: præmaxime, cum ciuitas fecerit ad causam citari Decanum & Capitulum præfatos tanquam sua interesse putantes, vt fuerunt citati in persona sui procuratoris, & Ecclesia comparuit coram iudice seculari, declinando eius iurisdictionem, petensque remissionem causæ ad suum iudicem Ecclesiasticum, coram quo parata est stare iuri cum ciuitate super præd. causa atque ius suum ostendere de eo que docere.

Secundo

Secundo tñ non obstat, quod citatio prædicta facta in Decanum & Capitulum non fuit præcia & obligatoria, sed tantum voluntaria, si sua interesse putauerint, ac proinde Capitulum comparens efficitur actor voluntarius, & debet sequi forum citari faciens iuxta tradita per Dd. in l. testamenta omnia, C. de testam. circa insinuationem & publicationem testamenti, & per Mara. de ord. in. 4. p. dist. 7. in fin. s. 4. vbi loquitur in simili citatione cōtra clericum spoliatorem. Nam vera & solida scribentium est doctrina, quod licet clericus citatus cum clausula, si sua interesse putauerit, dicatur actor voluntarius, id tamen non procedit neque locum habet, vbi comparuit & opposuit exceptionem declinatoriam, petēdo se ad suum iudicem competentem remitti, quia tunc iudex laicus non dicitur competens vigore dictæ declinatoriæ, quæ secundum Bald. in l. si quis in conscribendo, in fin. C. de pæd. potest opponi tam in causis magnis, quam paruis, ordinariis & extraordinariis, & tam coram iudicibus ordinariis, quam delegatis, & sequitur Rolan. Val. post Ass. et. quem refert conf. 29. numer. 16. & 17. lib. 2. & ante eum Capitius decif. Neapolis. s. num. 3. post Anchar. in c. ea, que, quæst. 17. de reg. iur. sequitur etiam Menoch. de re. cup. post. remed. 15. num. 23. qui num. 228. cum seqq. Marant. cautela in probat, ad quem locum se remittitidem Menoch. de adips. post. remed. 4. n. 477. Præterea in casu Marant. sunt capita illius Regni Neapol. id expresse præcipiente, quæ ipse ibi refert, quibus præcipue nititur sua cautela: at in his Regnis non est quid tale præceptum, sed ius commune Ciuile Canonicum est seruandum, quibus est decisum, a cōtorem sequi debere forum rei, præcipue in hac materia operis noui nuntiationis & opposita declinatoria, prout vidimus. Nec obstat doctrina scribentium in d. l. testamenta omnia, C. de test. quia loquitur in actibus voluntariis iurisdictionis, nempe insinuationis & publicationis testamenti, nos vero agimus in actibus necessariis iurisdictionis, nempe super dominio & possessione huius areæ, in quo de maximo præiudicio agitur, sicque est actus iurisdictionis necessaria, quia iudicium redditur in inuitū, vt in l. inter stipulantem, cum sim. ff. de verb. oblig. & sic ad iudicem Ecclesiasticum causa pertinet. Præterea cautela præfata Marant. dato, quod vera esset, non procedit, quando quis non stetit in terminis, si sua interesse putauerit. Sed ulterius dixit, quod alias procedatur in eius contumacia, quia eo casu per comparitionem nō dicitur actor voluntarius sed necessarius secund. Soc. in tract. de citation. in 2. artic. princ. q. 14. quem sequitur Capitius vbi supra, colum. pen. in fin. & Rolan. a Valle vbi supra, num. 18. prout in præfenti citatione in Capitulum facta fuit dictum; Igitur, &c. Tandem ex supradictis obtinuit Ecclesia in Regio Prætorio: vt negotium remitteretur, prout fuit remissum ad iudicem Ecclesiasticum Ciuitatens. postea vero ciuitas petiit retentionem causæ in Regia Curia, vbi Ecclesia post transactum tempus nonaginta dierū obtinuit decretum Regium, vt cum præd. fideiussoribus posset procedere in opere cōcepto signato loco differentia.

SUMMARI A.

- 1 Hypothecaria actione an possit in solidum agi aduersus quemlibet possessorem rei ex pluribus hypothecis subiectis, an vero pro rata & parte, & n. 6.
- 2 Hypothecaria actio competat in solidum aduersus unum ex heredibus debitoris pro re ab eo possessa, nec sit diuisio quoad hoc, sicuti fieret quoad actionem personalem.
- 3 Possessor tertius vnus ex pluribus fundis, super quibus est constitutus annuus census, an possit conueniri in solidum pro redditibus decursis & ad recognitionem census faciendam, an vero pro rata tantum, & n. 9. cum seqq.

- 4 Possessor tertius in prædicto casu in solidum conueniri potest, si agatur aduersus eum hypothecaria, ordinaria & regulari.
- 5 Heres constitutus censum possidens vnā rem ex pluribus, super quibus constitutus est, an possit in solidum conueniri & quando, & n. 8.
- 7 Fortior est hypotheca irregularis, que contrahitur ex constitutione & impositione census super aliquibus rebus, quam hypotheca ordinaria regularis.
- 10 Possessor tertius præd. super quo annuus redditus est constitutus, potest conueniri directo ad eius solutionem, nulla præcedente excussione.
- 11 Imo vna exsequutiua aduersus eum agi potest hoc casu ratione præd. a se possessi, licet non sit nominatus in contractu censuali.
- 12 Possessor singularis rei, super qua annuus census constitutus est, cogi potest redditum soluere ac recognitionem census facere.
- 13 Illud tamen quod de redditu est dictum, limitatur quotiescumque creditor potuit eum exigere a principali debitore, & culpa sua non exigit, vt in exemplo hoc posita.
- 14 Sed, quod de recognitione diximus, an procedat etiam respectu obligationis personalis & vna exsequutiua.
- 15 Hypotheca specialis magis afficit rem quam generalis.
- 16 Forma actionis hypothecaria & sententia in ea ferenda.
- 17 Censu constituto in solidum super qualibet ex pluribus rebus, in quibus impositus est, tunc absque dubio quilibet possessor eiuslibet rei eandem potest in solidum conueniri.

CONSILIVM XLIX.

Constituto annuo censu redimibili super tribus fundis pro capitali duorum millium ducatorum a Petro in fauorem cuiusdam Ioann. cum hypotheca generali omnium bonorum, ita quod specialis generali non deroget nec e contra, ac fundis alienatis & penes tertios extraneos possessores repertis, vnus eorum conuenitur a creditore via exsequutiua directa in fundum a se possessum pro redditibus decursis plurium annorum non solutus: & in alio libello separatim via ordinaria pro recognitione prædict. annorum reddituum in futurum persoluentium, huiusque maxime cōtrouersa versatur propter varietatem opinionū in vtraque specie contendente creditore, in solidum ipsum possessorem fundi ad vtrumque teneri, aut fundum a se possessum esse omnino ab eodem auferendum ratione hypothecæ irregularis census, atque præterea regularis generalis hypothecæ omnium suorum bonorum: possessore autem excipiente pro rata tantum illius fundi a se possessi respectu trium, in quibus simul fuit impositus census annuus, esse tantum conueniendum paratum que se esse pro rata soluere redditus decursos non solutos, atque pro in futurum currentis censum agnoscere, non vero in solidum: consultus fui; Quis eorum iustius petat? & visus actus & quæ Dd. nostri in hac materia longis commentariis dicunt, mallem profecto aliorum doctiora consilia videre, vt eorum iudicio acquiescerem, quam meum in re adeo difficili & controuersa interponere; nihilominus vt dignissimo consultori morem geram, discutiam articulum & quid tenendum mihi videbitur, in sinuabo, professus, passum esse dubium atque difficilem.

Et primo videtur, reum conuentum in huiusmodi specie pro rata tantum teneri tam ad censum decursorum solutionem, quam pro in posterum soluendis, nō vero in solidum: Quoniam tñ pluribus res hypothecæ obligatas possidentibus, qui non sint debitoris principalis heredes, creditor non potest aduersus quemlibet eorum in solidum agere ad integram debiti solutionem, sed tantū pro rata & parte possessa, vt in terminis hypothecæ

FFF 4

regularis & ordinaria tenet Dyn in l. *Mofis*, de iur. ff. & Joann. Faber in §. *item si quis in fraudem*, num. 26. In l. *de ad. & Cassan. in consuetud. Burg. rubr. s. 2. num. 37. cf. sequere* & quior em hanc opinionem & in Regno Neapolit. seruari affirmat Matth. de Afflic. in *constit. Neapolit. libr. 1. rubr. 17. num. 26.* & hæc opinio maximam habet æquitatem secundum D. Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 7. num. 7.* quia nemo ipse eam non probet nec contra eam obest *lib. 1. c. Mofis*, ibi deinde in reliquum possessor omnem, Quibus verbis I. C. respondit, contra omnem possessorum agendum esse, intelligi namque potest, ut contra omnem possessorum pro re possissa & eius ratione ac parte agatur, & sic pro rata non obstant etiam l. *creditoris*, ff. de dist. pign. & l. *C. si vnus ex pluribus heredibus*, c. ed. vel debi. c. c. Quia procedunt, quando debitor ipse possidet vel aliquis ex eius heredibus omnes res obligatas aut aliquam earum: Eo namque casu hypothecaria actio competit in solidum pro re possissa per vnum ex heredibus: Nec fit diuisio quoad hoc, sicut fieret quoad actionem personalem, ut notat gl. ex *text. ibi in l. mulier*, ff. qui pot. pign. habentur, gl. 1. in fin. quam approbat ibi Bar. & sequitur magnificans & maxime commendans Roder. *Suar. in post. rem indicatam, in l. limitat. d. Reg. in vers. que las complades*, c. 2. n. 14. ff. de re iudic. dicens non esse necessariam tunc prioris excussionem, & ita sepius obtinuisse in praxi, & præcipue in causa ardua contra Almiraldum Castellæ, & iterum contra comitem de Alba de Lisse super Villa de Villacin, idem Roder. *Suar. in l. quoniam in prioribus*, in 7. ampliation. num. 8. vers. c. vnus per petuo tene ment. c. de inoffic. testamen. sequitur etiam D. Couar. *ubi supra, d. n. 7. in vers. deinde, text. & Greg. Lopez in l. 4. tit. 13. part. 5. in gloss. prin. & amende limitatione quarta.*

Secundo & præcipue, quia etsi ratione hypothecæ generalis, quæ regularis est contraria opinio, tanquam communior, ut infra dicemus, obtineret contra opinionem Dyni & ceterorum supra citatorum, adhuc tamen in hypotheca, quæ deducitur ex constitutione annui redditus super aliquo fundo, cum tamen differat aliquantulum ab ordinariis hypothecis, sicq; est irregularis & præterea quodammodo similis sit contractui census, qui iuxta formam iuris Pontificii constituitur, de quo loquitur *text. in c. constitutus, de relig. dom. vbi censu constituto super pluribus Ecclesiis, quilibet earum pro parte tantum illum sentit, verius videtur, ut constituto annuo redditu super pluribus fundis, ea constitutio in vim & virtute constitutionis annui redditus non fit in solidum, sed pro parte cuiuslibet fundo iuxta eius qualitatem & quantitatem competenti intelligendo. Vnde si sint tria prædia aequalia, quibus census impositus est, & hæc ad tres singulares possessores deueniunt: ut in nostro casu, quilibet pro æqua & iusta parte annui redditus cogendus erit eum soluere & recognitionem facere, nõ vero in solidum, ut in terminis nostris tenet Guid. Pap. q. 432. nu. 4. & Cassan. *ubi supra, num. 35.* & Rupellan. *lib. 1. foren. institut. cap. 10. Abb. per text. ibi in d. cap. constitutus, num. 8.* & Anchar. *num. 13.* quos refert & sequitur & late probat D. Couar. *ubi supra, n. 8.* licet fateatur, dubiam esse, & post eum eandem probarunt & sequuntur Salaz. in *tract. de usu & sty. & consuet. curia, c. 11. num. 38. cum seqq. fol. 159. vbi nu. 8.* hoc limitat in casu, de quo ibi per eum, & Rodoan. in *tract. de rebus Ecclesiæ non alien. in rubr. de constit. ann. reddit. nu. 69.* & sic habemus determinatum nostrum casum per suprascriptos doctores in fauorem rei tertii possessoris. Hanc opinionem limitat Couar. *ubi supra, vers. quod si ad solutionem*, ut procedat, quoties in præd. specie agitur aduersus hunc tertium singularem possessorem hypothecæ irregularis census, quæ ipse constitutus est in illo fundo tanquam vno ex tribus per eum possessio: secus vero, si ad*

solutionem redditus agatur hypothecaria ordinaria, quæ solet apponi in genere erga alia bona constitutis redditus præter illa, super quibus nominatim fuerit constitutus: tunc enim fatetur Cou. locum esse actioni in solidum aduersus quemlibet tertium possessorem ex communi opinione, quam infra pro actoris parte allegabimus, quem sequitur Salaz. *ubi supra, n. 87.*

Quare si vnus ex pluribus heredibus constitutus censum rem aliquam ex his, super quibus redditus fuit constitutus, possideat, pro rata tantum, non vero in solidum conueniendus erit ad solutionem & recognitionem annui redditus, cum non agatur eo casu hypothecaria actione simpliciter, sed actione constitutionis & assignationis annui redditus super eadem re, quæ facta videtur pro rata & distributione: secus vero erit, vbi ordinaria hypothecaria hac in specie ageretur, ita tenet D. Couar. *ubi supra, in fin. vers. simo, & sic ex pluribus.*

Hæc sunt, quæ pro hac parte tertii singularis possessoris & sic in fauorem rei inuenio, & quidem non parui pendenda, quia satis probabilia videntur ac auctoritate plurium grauissimorum auctorum munita ac corroborata.

Sed pro actore, quod tertius hic possessor ratione vnus fundi ex tribus censui suppositis teneatur ac possit in solidum conueniri pro redditibus decursis & recognitione census soluendi in posterum aut fundum dimittere, primo facit:

Nam vera & magis recepta sententia est, aduersus quemlibet ex pluribus rerum hypothecatarum possessoribus ereditorem hypothecaria ordinaria & regulari posse in solidum agere ad integram debiti solutionem nec posse cogi, contra omnes actiones hypothecariam aut contrahentium quemlibet pro rata deducere in iudicium, ut probat *text. secundi. gloss. & Bart. ibi in dicit. l. Mofis*, in *verbis supra relatis, verb. possessor omnem*, quæ exponit, id est, quemlibet. Dicitio enim omnia, singularis numerus cuiuslibet in solidum actum tribuit, vti videm *gl. & Dd. ex l. i. mauerunt, & in l. hoc articulo. ff. de hered. instit. quibus suffragatur, quod hypotheca est indiuidua, l. rem hereditariam. ff. de ench. l. pignoris. ff. de pignor. & ideo merito hanc opinionem in terminis cum *gloss. ubi supra, sequitur Specul. in tit. de obligat. & solut. s. 1. nu. 46. vers. item debitor meus, & Cornueus consil. 53. libr. 1. l. si in si item quis in fraudem, numer. 128. Instit. de action. Anton. de Fan. de pignor. 1. memb. 8. par. 10. princ. alius nu. 50.* & hanc sententiam iure veram esse censet Matth. de Afflic. *ubi supra, nu. 26.* & hanc opinionem testatur verior & magis communem Couar. *ubi supra, d. n. 7.* qui eam sequitur & secundum eam iudicatum fuisse testatur Gomez de Leon *in sua cent. dec. 17.* quem refert eandem sequutus Did. Per. *in rub. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 35.* Vnde non obstat opinio Dyn. & sequacium tenentium in his terminis contraria: Nam hæc, quam posuimus adduximus, sententia verior & magis communis est, ac proinde absq; dubio in praxi tenenda, & sic respondetur in fundamento contrariæ partis.*

Secundo pro eodem actore facit; Nam etsi hæc hypotheca, quæ inducitur ex constitutione & noua census foundatione super quibusdam rebus immobilibus certis finibus designatis, dissimilis atque irregularis videatur ab illa, quæ regulariter pro securitate cuiuslibet obligationis adici solet, non video, cur in proposito circa substantiam ipsam minus operari debeat, quam illa regularis, neque qua ratione hoc sustineri valeat; Si enim in hypotheca ordinaria & regulari fatemur intentum actoris, a fortiori videtur idem dicendum in hac hypotheca irregulari centium: Fortior si quidem est illa & ad maiorem census exsolutionis securitatem adiecta ex voluntate & expressa mente partium, nec non & ad valorem & iustitiam eiusdem con-

tra-

tractus censualis, ut inde creditor percipere valeat suos redditus quotannis. Cum enim constituitur census aliquis, non videtur ipse fundus, super quo constituitur, sed magis percipiendi redditus ipsius fundi iuxta verior & magis communem sententiam, ut alibi diximus: Ergo hoc, quod in fauorem creditoris adicitur, non debet in eius dispendium retorqueri, ut in *l. quod fauore. ff. de reg. iur. cum sim.* quod autem sit in fauorem, patet, quia censuarius mallet potius censum constituere generaliter super omnibus bonis suis, quàm nominatim super certis quibusdam fructiferis de sui natura, ne illa bona nuncupatim obligata habeat, propter quod non ita faciliter ea alienare possit: Cuiusmodi nulla ratio iuridica differentie assignari possit inter vtramq; hypothecam, & præterea concurrat mens partium, profecto absolum videtur, non esse ita fortem hypothecam præd. irregularem, sicut ordinariam regularem, quam difficultatem sentiens Cou. *ubi supra, d. num. 8. in vers. non enim fortior*, licet prius probasset ex quadam potius æquitate quam iuris rigore priorem contrariam sententiam, quam pro eo adduxit, non inficiatur, eam dubiam esse atq; ideo in praxi apud Hispanos rarissime receptam fuisse, imò inquit, se hirc, contrarium diffinitum iudicium sententia esse frequentissime: & sic iuxta hanc vltimam opinionem, de qua præsens est fermo, quæ etiam de iure & in praxi, attendente mente contrahentium, probat Alua. Valasc. in *tract. de iure emphyt. 1. p. q. 32. n. 15.* dicens, ita quoad iudicatum, ut cuiusq; prædii possessor in solidum pro censu possit conueniri: Nam cum plura prædia censui submittantur, ea contrahentium mens esse videtur, ut melius prospiciatur emtori, quod non contingeret, si a pluribus teneretur pro rata exigere, quia particularis solutio sæpe non minima incommoda affert, ut in *l. plane. ff. de leg. 1. & in liquidam estimauerunt, ff. si cert. pet. Eandem sententiam contra priorem probauit Virgin. de Vocat. de interd. vti possidet. cap. 18. in quæst. de censibus, num. 51.*

Quin etiam præ eadem ratione idem dicendum venit in vno ex pluribus heredibus constitutis censum possidente aliquam rem ex his, super quibus census impositus fuerit, etiam si agatur actione hypothecaria irregulari, ut iure optimo possit in solidum conueniri ex *d. l. c. si vnus ex pluribus credit. vel debi. hered. vt de iure verius esse censui Rupellan. ubi supra, dicit. cap. 10. prout, cum pro hac parte contra se refert idemmet Couar. qui supra, licet eius opinionem obtinere dicat, vbi ordinaria hypotheca agitur, hanc secundam opinionem probauit etiam Matth. de Afflic. *deci. Neapolit. 153. per 10. tam.* quod profecto absq; contradictione procederet vbi hypotheca ordinaria ageretur pro exsolutione census, secundum Couar. *ubi supra, & recte, tametsi errore potius, quam iure contrarium in eisdem terminis viderim tribus sententiis conformibus atque exequutoria super eisdem lata obtentum fuisse, vt adhuc, cum ageretur ordinaria hypothecaria contra singulares possessores bonorum hypothecatarum pro securitate census, in quibus ipse constitutus nuncupatim non fuit, fuerint condemnati censum agnoscerent singuli prorata. Sed idem est iudicandum contra opin. Cou. ubi supra, etiam vbi ageretur ex instrumeto constitutionis census eiusque hypotheca irregulari, nempe exequutionem fieri in solidum aduersus quemlibet possessorem & singularem successorem rei censui subiectæ, ita vt vnus solutione ceteri liberetur, referuato iure possessori aduersus coheredes vel simul possidentes, vt probat Gomez de Leon *in sua cent. respon. 17.* dicens, ita iudicatum fuisse per supremos iudices, & Did. Per. idem affirmans *in Rubr. tit. 2. lib. 8. ord. pag. 35.* & sequitur eum eo Lassar de *decim. vend. num. 13. & 14.***

Quid tenendum? Ego (etsi doleam contra opinio-

nem præceptoris communis D. Couar. & maxime nostræ, cui dediissimus sum, propter eius ingentem admirabilemque doctrinam, ingenii integritatem & acuitatem atq; suam lectionem diuinarum humanarumq; literarum, nec non & incomparabilem modestiam & religionem (huic secundæ opinioni adhæreo in fauorem creditoris eiusdem quæ actoris, tum ex supra dictis pro eadem parte, quibus remanet satisfactum fundamentis bonorum, in quibus specialiter census ipse constitutus est, non solum in firmior non est ordinaria hypotheca atq; regulari, sed imò fortior & fauorabilior illa: Hæc siquidem irregularis operatur, vt licet alias tertius possessor prædii conuētus hypothecaria possit opponere exceptionem excussionis, iuxta *text. in authen. hoc si debitor, de pign. cum sim.* possessor tamen prædii, super quo annuus redditus est constitutus, conueniri possit ad eius solutionem, etiam nulla facta neq; præmissa excussione: Ex eo siquidem, quod fortior sit hæc hypotheca, quoad hunc effectum, omnibus quidem aliis absque præiudicio priorum creditorum, vt cum aliis resoluit Couar. *ubi supra, d. lib. 3. var. resolut. c. 7. n. 6. in princ.* quem sequitur Rodoan. *ubi supra, num. 66. cum sequentibus, quicquid contrarium velit Guid. Pap. quæst. 9. ad fin. & Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. numer. 14. in vers. sed & illud, imò & via exsequutiua agi potest contra huiusmodi tertium possessorem rei specialiter censui suppositæ absque præd. excussione, licet non sit nominatus in contractu censuali nec sit heres constitutus censum ratione fundi se possessi, in quo exsequutio fieri potest ac debet ratione irregularis hypothecæ specialiter super eo impositæ pro securitate & valore census, & ideo possessor citandus erit ad vltimam pignorum licitationem, vulgo *dicho para el remate*, & ita obtentum fuit in Regio Prætorio Pintiano exsequutorii literis super hoc latis.*

Hinc est etiam, vt quilibet singularis successor, qui fundum possideat, super quo nominatim census constitutus sit, cogi possit redditum soluere ac denuo præmissa obligatione emtorè ipsum recognoscere: vt dominum illius iuris percipiendi annum redditum ex ea refecund. Guido. Pap. q. 42. & quæst. 576. & Cassan. in *consuetud. Burg. rubr. 11. s. 6. in princip. num. 2. & in vers. aduerte, num. 16.* quos refert & sequitur Didac. Couar. *ubi supra, num. 6.* addens, quod etsi præcitati auctores hanc opinionem potius ad consuetudinem Gallie, quam ad ius commune referant, præmittunt tamen, idem esse, vbi annui redditus constituitur super aliquo fundo tanquam ius reale & seruitutis adhaerentis eidem fundo, quemadmodum & apud Hispanos passim constitui solet: illud tamē, quod modo prædiximus de red- ditibus decursis, limitatur quoties creditor potuit exigere a principali & nõ exegit, puta, si administrasset bona debentis censum vel fructus ad eum peruenerunt vel eius procurator vel negotiorum gestor fuerit aut alio modo potuit exigere & apparere possit, quod negligentia sua non exegit, cum in potestate sua esset exigere, vt resoluit Rodoan. *ubi supra, num. 46.* ex Socia. in casu magis dubio, *conf. 273. lib. 2. & tenet etiam Pet. Reb. in praxi cens. super pragmat. Regis Alfonso in verb. huiusmodi cens. super rebus, num. 97. pag. 349.* quod vero de recognitione census etiam præmittimus, limitat Salazar *ubi supra, cap. 11. num. 63. cum sequentibus, saltem, vt non præter hunc singularis possessor se obligare personaliter, neque vt exsequutiua via teneatur, licet contrarium in nuce videatur Molin. in *consuet. Paris. s. 11. numer. 19.* nisi, quando res est per exequutionem ablata ab hoc singulari successore ob non solutionem pensionis, quia tunc nõ tenebitur creditor restituere re, nisi personæ quoq; obliget ille, quæ antea possidebat, sed quod negat de via exse-*